



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus  
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

3. Rationi congruit, &c. De beato Philippo Benitio, ordinis Fraktrum  
Servorum beatæ Mariæ Virginis, per Clementem V. Pont. Max. sanctorum  
Confessorum canoni adscripto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)



ANNO  
1724.

†  
† Ego Franciscus Episcopus Prænestinus Cardinalis Barberinus.  
†  
† Ego Laurentius Episcopus Tusculanus Cardinalis Corfinus.  
†  
† Ego Joseph Tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Sacripantes.  
†  
† Ego Philippus Antonius Tit. Sanctæ Cæcilie Presbyter Cardinalis Gualterius.  
†  
† Ego Ludovicus Tit. Sancti Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.  
†  
† Ego Antonius Felix Tit. Sanctæ Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondarius.  
†  
† Ego Petrus Tit. Sancti Joannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.  
†  
† Ego Melchior Tit. Sanctæ Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.  
†  
† Ego Bernardinus Tit. Sancti Petri in Monte aureo Presbyter Cardinalis Scottus.  
†  
† Ego Nicolaus Tit. Sanctorum Nerei & Achillei Presbyter Cardinalis Spinula.  
†  
† Ego Georgius Tit. Sanctæ Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.  
†  
† Ego Ludovicus Tit. Sanctæ Priscæ Presbyter Cardinalis Belluga & Moncada.  
† Ego Joseph Tit. Sanctæ Susannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.  
†  
† Ego Joannes Baptista Tit. Sancti Stephani in Monte Cælio Presbyter Cardinalis Sallernus.  
†  
† Ego Alvarus Tit. Sancti Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.  
†  
† Ego Joannes Baptista Tit. Sancti Mathæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.  
† Ego Vincentius Tit. Sancti Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.  
† Ego Prosper Tit. Sancti Chryfogni Presbyter Cardinalis Marefufcus.  
†  
† Ego Nicolaus Tit. Sanctæ Mariæ in Domnica Presbyter Cardinalis Coscia.  
†  
†  
†  
†

† Ego Benedictus sanctæ Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis Pamphilus.  
† Ego Joseph Renatus sancti Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.  
† Ego Laurentius sanctæ Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.  
† Ego Carolus sancti Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Columna.  
† Ego Curtius sancti Eustachii Diaconus Cardinalis Origus.  
† Ego Fabius sanctorum Viti & Modesti Diaconus Cardinalis de Abbatibus Oliverius.  
† Ego Carolus sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis de Marinis.  
† Ego Julius sancti Hadriani Diaconus Cardinalis Alberonus.  
† Ego Alexander sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Albanus.  
† Ego Nicolaus sanctæ Mariæ de Rotunda Diaconus Cardinalis Judice.  
†  
†  
†

ANNO  
1724.

P. Card. Prodatarius. F. Card. Oliverius.  
V I S A  
De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.  
L. Murrinetus.  
Registrata in Secretaria Brevium.

De beato Philippo Benitio, ordinis Fratrum Servorum beatæ Mariæ Virginis, per Clementem X. Pont. Max. sanctorum Confessorum canoni adscripto.

II.

B E N E D I C T U S E P I S C O P U S

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Rationi congruit & convenit æquitati, ut quæ Romanus Pontifex in plenario conventu venerabilium fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum & Episcoporum, unanimi eorum consilio communicato, sanxit & defini- vit, licet postea ob ejusdem Pontificis obitum li- teræ Apostolicæ de his conscriptæ non fuerint, suam tandem consequantur effectum.

Jamdudum piæ memoriæ antecessor noster Cle- mens Papa X. Dei servos, quos summarum virtu- tum & signorum præstantia in variis religionum ordinum cælibus olim fulsisse cognoverat, om- nium Christifidelium imitatione exprimentos pro- positurus, inter ceteros unum elegit venerabilem virum Philippum Benitium ex familia fratrum servorum beatæ Mariæ Virginis, quem ob sancti- tatem, ex ritu S. R. E. probatam atque recognitam, ubique colendum, honorandumque decerneret.

Philippus Florentiæ Tuscorum anno Christi Do- mini MCCXXXIII. dum annua festa agerentur bea- tæ Mariæ Virginis in cœlum assumptæ, a qua eum parentes precibus impetraverant, familiæ fratrum Servorum ejusdem Virginis, eodem die atque an- no institutæ magnum ipse ornamentum futurus, in lucem editus est. Luteciæ & Patavii studiis sa- crarum literarum absolutis, hoc assiduis jejuniis & orationibus a Domino obtinuit, ut ordo fratrum Servorum beatæ Mariæ Virginis, cui nomen da- ret, sibi præmonstraretur: cujus ordinis vestem in classe laicorum ob modestiam, indutus, ali- quando solitariam vitam in montis Senarii ere- mo supra Florentiam traduxit. Postmodum ex obedientia ad presbyteratum evehctus, terrenisque rebus ob cœlestium contemplationem despectis, verbo Dei promulgando se totum addixit, suæ- que familiæ generalis præfectus in unam hanc cû- ram ardentem incubuit, ut per se suosque variis lin- guis instructos, Christi Domini Evangelium ubique

I.  
Clemens X. concilium init de refe- rendo in can- onem Sanc- torum Philip- po Benitio.

II.  
Philippi or- tus & vitæ institutio.





ANNO  
1724.

prædicandum curaret: quod ipse, salutis animarum percupidus, nullisque periculis territus, sedulo, tantaque alacritate agere consuevit, ut ejus fama permotus piæ memoriæ Clemens Papa IV. decessor noster cum sibi Apostolicum concionatorem adlegerit Peccatores ad Deum converſurus, Galliam, Germaniam, Frisiam & Sarmatiam peragravit, eodemque pio intuitu Piſtorienſem civitatem, funestis Gibellinorum Gueſtorumque odiis laniatam, Christianæ concordie restituit; unde factum, ut plures Dei virum imitaturi, res suas pauperibus erogarent, ipsique primarii Gibellina factionis duces ad cor redeuntes, religiosum Philippi institutum amplecterentur. Summæ ejus caritatis fervor eluxit, ubi elemosynam flagitanti, interiorem vestem sibi detractam Viterbii largitus est: qua pauper contectus, à morbo Lepre convaluit. Magnum quoque & Deo gratissimum Christianæ lenitatis argumentum edidit, dum Livienſis populi in Æmilia crimina & mores pro concione corripens, virgis caesus, saxique impetitus, pro persecutoribus tanto spiritu Deum exoravit, ut ex his unum Peregrinum ad penitentiam traxerit, qui Philippi religionem ingressus, sua & civium peccata delevit, postea & ipse eximii virtutibus & miraculis florens, propterea per nos ipsos, favente Deo, quamprimum in sanctorum canonem referendus.

III.

Philippus vetere anachoretas æmulari studet, Pontificatum respuit, & Tuederti obit.

Philippus veterum anachoretarum mores æmulari studens, in cryptam montis Senarii, Deo liberius vacaturus, quadriennium secessit. Ceteris ejus virtutibus par fuit cordis humilitas, qua patriæ Ecclesiæ episcopatum respuit, Viterbium inde properans post piam dormitionem decessoris nostri Clementis Papæ IV. ubi per Ottobonum S. R. E. Diaconum Cardinalem sancti Hadriani, sui que ordinis patronum, sibi oblata pontificia dignitate, palam se indignum professus, in solitudinem reneavit, ipsum Ottobonum ad tantum fastigium aliquando evehendum, sed brevi eo potiturum, vaticinatus. Is fuit antecessor noster piæ memoriæ Hadrianus Papa V. Sed Philippus religiosæ solitudinis amore captus, quum iterum tres menses in crypta mentis Senarii latitasset, ab alio inclytæ recordationis decessore nostro Honorio Papa IV. Perusia pontificali benedictione munitus, Tuedertum petiit, ubi ad populum, qui magna frequentia ei obvius advenerat, concione habita, lethali morbo decubuit, summæque pietatis & religionis argumentis, pœnitentiales Davidis psalmos non sine profusis lacrymis recitans, migravit ad Dominum anno salutis MDCCLXXXV. x. Kal. Septembres, dum solemnia absolventur octava beata Mariæ Virginis in cœlum assumptæ, quibus in lucem prodierat. Ad ejus corpus sex dies palam expositum populi maxima frequentia venerationis ergo confluerunt, missæque sacrificium, episcopo, clero & tota civitate præsentibus, non pro defuncto, sed de beato confessore nutu Dei celebratur.

IV.

Signa post obitum a Philippo parata, & ejus adscriptio inter beatos, ac postea inter sanctos.

Mox vir justus prodigiis claruit. Ad ejus enim corpus & sepulchrum claudi gressum, cæci visum, ipsique mortui vitam receperunt: quibus aliisque rite cognitis & perceptis, felicis memoriæ antecessor noster Leo Papa X. Philippum beatorum numero adscripsit, officium, missamque in ejus honorem a fratribus ordinis Servorum, beati viri anniversario die recurrente, celebrari permittit, ad id postmodum accedente etiam auctoritate diplomatæ sanctæ memoriæ decessorum nostrorum Clementis VIII. & Pauli V. Quare ex S. R. E. regulis & ritualibus Constitutionibus, per Romanos Pontifices editis, de more cognita & compluries in examen adducta, etiam sub fecilis recordationis itidem decessore nostro Urbano VIII. semperque probata viri Dei sanctitate per insignibus ejus virtutibus, si quisque testata, ad pias preces per viros principes ad hanc sanctam Apostolicam Sedem vehementif-

sime repetitas, præsertim vero ab illustri memoriæ Leopoldo Romanorum Imperatore electo, & Cosmo III. olim in Etruria sibi subiecta magno Duce, idem Clemens papa X. Philippum Benitium, de cuius virtutum & prodigiorum magnitudine diserte confiterat, in sanctorum Confessorum canonem referendum pronuntiavit. Itaque indicta die, nimirum Dominica secunda post Christi Domini Resurrectionem, pridie idus Apriles anni MDCCLXXI. pontificatus sui primo, cum in sacrosanctam beati Petri Apostolorum principis Basilicam, tantam caeremoniam solemnem ritu peracturus processisset, semel, iterum, & tertium iteratis ad Deum precibus in plenario conventu venerabilium fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum & Episcoporum pro Philippo Benitio in sanctorum Confessorum canonem referendo, unanimi omnium acclamatione & suffragio, post sacros hymnos, precesque ad Deum pie fusas, & Paraclitici Spiritus gratiam enixe invocantem, ad honorem sanctæ & individue Trinitatis, exaltationem fidei catholice, Christianæque religionis amplificandam, idem Clemens Papa X. auctoritate Domini nostri Jesu Christi, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli beatum Philippum Benitium una pariter cum beatis Confessoribus non pontificibus Francisco Borgia, Cajetano Thienæo, Ludovico Bertrando & Virgine non martyre Rosa a sancta Maria sanctum esse decrevit & definivit, in sanctorum Confessorum canonem reulit, eundemque impostum ab universis Christianis fidelibus, tanquam vere sanctum, colendum, invocandum, honorandumque sancivit: ad ejus honorem sacras aedes, atque altaria, in quibus sacrosanctum missæ sacrificium Deo offeratur, construi ac dicari, & quotannis x. Kalendas Septembres, quo die vir sanctus obdormivit in Domino, illius memoriam, ut sancti Confessoris non Pontificis, pie coli posse pronuntiavit. Mox gratis cum plurimo gaudio Deo actis, præcipuaque oratione per beati Philippi merita ad Dominum recitata, ad aram maximam supra confessionem beati Petri, cum ejusdem Philippi, ceterorumque commemoratione missam celebravit, universis Christianis fidelibus, qui aderant, plenariam peccatorum indulgentiam & remissionem largitus.

Ne vero de hujusmodi Clementis Papæ X. decreto Apostolico, definitione, sanctione, adscriptione, relatione, concessione, ceterisque præmissis, propterea quod ab eodem Clemente, aut ab ejus successoribus Innocentio XI. Alexandro VIII. Innocentio XII. Clemente XI. & Innocentio XIII. piæ memoriæ Romanis pontificibus antecessoribus nostris, literæ decretales, de more, conscriptæ non fuerint, deinceps unquam possit quomodolibet hæsitari; nos, qui, meritis licet imparibus, disponente Domino, in cathedra beati Petri iisdem successimus, volumus & Apostolica auctoritate statuimus, ut decretum, sanctio, relatio, adscriptio, concessio, ceteraque hæcenus memorata, à jam dicta die pridie idus Apriles anni MDCCLXXI. suum undequaque & plenarium consequantur effectum, ac si super illis ab eodem Clemente Papa X. literæ decretales revera eadem die conscriptæ, & de more promulgatæ fuissent, ut superius enarratur. Volumus autem, ut præsentibus literæ ad probandum decretum, definitionem, sanctionem, adscriptionem, relationem, statutum, concessionem, ceteraque præmissa ubique omnino sufficiant, neque alterius cujuscunque probationis adminiculum ad id amplius requiratur.

Præterea quia difficile foret, has nostras ad singula loca, ubi opus esset, adferri, volumus, ut eandem exempli, etiam typis impressa, manu publici notarii subscripta, sigilloque alienius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munita, eandem ubique fidem obtineant, quam hæc nostræ ob-

ANNO  
1729.

V.

Clementis X. decretum de Philippo Benitio inter sanctos relatione hac confirmatur.

VI.

Hæc constitutio ubique fidem obtineat.



ANNO  
1724.

VII.  
Nemo eam  
infringere  
audeat.

tinerent, sicubi eas exhiberi, vel ostendi contingeret.  
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti, definitionis, sanctionis, adscriptionis, relationis, statuti, concessionis infringere, aut ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vicesimo quarto, pridie nonas Junias Pontificatus nostri anno primo.

\* Ego BENEDICTUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



- † Ego Franciscus Episcopus Prænestinus Cardinalis Barberinus.
- † Ego Laurentius Episcopus Tusculanus Cardinalis Corfinus.
- † Ego Joseph Tit. Sanctæ Præxedis Presbyter Cardinalis Sacripantes.
- † Ego Thomas Tit. Sanctæ Mariæ Transiberim Presbyter Cardinalis Rufus.
- † Ego Philippus Antonius Tit. Sanctæ Cælicæ Presbyter Cardinalis Gualterius.
- † Ego Ludovicus Tit. Sancti Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandola.
- † Ego Antonius Felix Tit. Sanctæ Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadarius.
- † Ego Petrus Marcellinus Tit. Sancti Joannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.
- † Ego Melchior Tit. Sanctæ Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.
- † Ego Bernardinus Tit. Sancti Petri in Monte aureo Presbyter Cardinalis Scottus.

ANNO  
1724.

- † Ego Georgius Tit. Sanctæ Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.
- † Ego Ludovicus Tit. Sanctæ Priscæ Presbyter Cardinalis Belluga & Moncada.
- † Ego Joseph Tit. Sanctæ Sufannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.
- † Ego Joannes Baptista Tit. Sancti Stephani in Monte Cælio Presbyter Cardinalis Sallernus.
- † Ego Alvarus Tit. Sancti Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.
- † Ego Joannes Baptista Tit. Sancti Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.
- † Ego Vincentius Tit. Sancti Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.
- † Ego Prosper Tit. Sancti Chrylogoni Presbyter Cardinalis Marefucus.
- † Ego Nicolaus Tit. Sanctæ Mariæ in Dominica Presbyter Cardinalis Coscia.
- † Ego Benedictus Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.
- † Ego Joseph Renatus sancti Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.
- † Ego Laurentius sanctæ Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.
- † Ego Carolus sancti Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Columna.
- † Ego Curtius sancti Eustachii Diaconus Cardinalis Origus.
- † Ego Fabius sanctorum Viti & Modesti Diaconus Cardinalis de Abbatibus Oliverius.
- † Ego Carolus sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis de Marinis.
- † Ego Julius sancti Hadriani Diaconus Cardinalis Alberonus.
- † Ego Alexander sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Albanus.
- † Ego Nicolaus sanctæ Mariæ de Rotunda Diaconus Cardinalis Judice.

P. Card. Prodaturius. F. Card. Oliverius.  
V I S A  
De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.  
L. Martinettus.  
Registrata in Secretaria Brevium.

Pro Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus totius Orbis Catholici Ecclesiis. Altare privilegiatum quotidianum, & perpetuum.

BENEDICTUS PP. III.

Ad perpetuam rei memoriam.

Omnis salutis paternæ charitate inventi, sacra interdum loca spiritualibus Indulgentiarum

IV.